Ex alijs alias reddit natura figuras
Nec perit in toto q̄cq̄ michi credite mundo
Sed variat/ faciemq̄ nouat/ naſciq̄ vocatur
Incipere eſſe aliud q̄ qd fuit ante/ moriq̄
Deſinere illud idem cum ſint hec forſitan illa
Hec tranſlata illuc/ ſūma tamen omnia conſtant
Nil equidem durare diu ſub ymagine eadem
Crediderim •:didici q̄ res nequit vlla perire •:Ouid
Quod ſemel eſt aliquid hoc nichil eſſe nequit
Cui ſemel eſſe datur/ nūq̄ non eſſe valebit
Sed faciem mutat et nouat eſſe ſuum

Explicit liber primus •

Incipit liber ſecundus qui tractat de bona fama •

Q̄ in appetitu honoris onus ſit conſiderādū • Cap•p̄•

Si queratur honos/ onus interſeī honori Thobias
Queris opes ad opus fructificare volunt
Si q̄rās opes/ tribuas vt oportet egeno
Diues opum/ fer opem/ ſic operant opes
Si delectat honos/ onus adiacet/ exigit eſſe
Fructus honos oneris/ fructus honoris onus
Sic queratur honos/ vt onus reſtringat honoris
Delicias/ oneri compaciatur honor
Nubat honor oneri/ nec onus ſibi poſcat honoris
Preſidium/ nec honor diffiteatur onus
Queris opes/ inopi fer opem venaris honorem
Si queratur honos non fugiatur onus
Anxietas et honor ſunt ſe comitancia iure Bri•pal.
Si delectat honos/ fer onus/ fer acumina cure

Quales debeāt eſſe mores prelatoꝝ et vita • Ca•ij•

Si bonus et redolens fame/ dulcedine morum Thobias
Lampade vita dolet moribus orba mori

Hiis pius obſequio/facundus dogmate ſuauis
Alloquio/ſtabilis mente/fauore placens
Pax irā reprimat/faſtum paciencia/luxum
Sobrietas/odium gracia/probra decus
Lubrica fortune/non deprimat alea/ vias
Maior in aduerſis/proſperitate minor
Quāto maior eris malis deſcendere/ viuas
In magnis minimus in dominante diens
Ad tua ſis pronus et proxima cōmoda/ſupplex
Alterius plauſu/plaude/dolore dole
Zozimas Gnarus gaudenti gaudere/dolere dolenti
Hijs grauis hijs ſtractus fuit omnibus omnia factꝰ
Thobias Sit tibi vita decens/diſcrecio prouida/iuſtum
Conſilium/ſtabilis actio fama nitens
Dares. Intemerata fides et mens ſibi conſcia recti
Juſticie/rectiqꝫ tenor/prudencia nunq̄
Velox/indulgens pietas/paciencia victrix
Strennua ſimplicitas/hilaris pudor/ardor habendi
Sobrius/et nullo nutans conſtancia caſu
Nec vaga pax aberit/rerum concordia cuſtos
Aurora. Exulet impietas de pectore regis et ore
Firmus erit thronus illius/racione/vigore
Impietas/ſed non pietas reges dat egere
Et pietas/non impietas dat regna manere
Thobias Quicquid agas nūq̄ vicio mergatur honeſtuz
Fama lucro/rebus preficiatur honor
Alexād. Vtile ꝓpoſitum vincat reſpectus honeſti
Dares. Nil refert quādo/quid/vbi/ſed qualiter et quid
Actum/durabunt actus dum tranſeat actor
Alexād. Dirigat ergo tuos ſtudio celebrata priorū
Actus iuſticia. et per te reuocetur ab alto

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ultima que ſuperum terras aſtrea reliquit
Nec deſit pietas / pudor et reuerencia recti
Diuinos rimare apices / manſueſce rogatus
Legibus inſuda / ciuiliter argue ſontes
Parce humili / facilis oranti / frange ſuperbum
Vindictam differ donec pertranſeat ira
Nec meminiſſe velis odij poſt verbera / ſi ſit
Viceris / eternum extendes in ſecula nomen

De bona fama. Capitulū. iij.

Occultare nequit ſua lumina maximus ignis — Pāphil9
Mandetur fame ficti non indiga virtus — Otto
Eſt fame precioſa fames / ſi fama laboret — Thobias
Vita labat / precium labitur alget honos
Gracius eſt fame meritū ꝙ fama potiri
Imperio / minus eſt ꝙ meruiſſe decus
Eſt grauius pene meritū ꝙ pena / necari
In cruce credo minus ꝙ meruiſſe crucem
Eſtq; pati penam ꝙ meruiſſe minus — Ouidius
Pena poteſt minui culpa perhennis erit

De infamia Capitulū. iiij.

Famoſos recolas mores / infamia mortis — Thobias
Eſt ſpecies ſepelit fama ſepulta decus
Sarcina dedecoris dampno preponderat / omnis
Eſt grauitas / fame perdicione minor
Luxuriā fugito ſimul et vitare memento — Catho
Crimen auaricie nam ſunt contraria vite
Peccatum cumulat peccantis gloria culpam — Mathe9
Diffamat / fame deſipientis honor
Omne animi vicium tanto conſpectius in ſe — Iuuenal
Crimen habet / ꝙto qui peccat maior habetur

Qđ non ſit credendum fame ſed conſciencie. Cap. v.

Thobias Ne credas fame titulis te conſule/menti
Crede/canit vera mens ſibi fama fauet
Catho. Cum te aliquis laudat iudex tuus eſſe memento
Plus aliis de te quam tu tibi credere noli
Rara fides ideo eſt/quia multi multa loquuntur
Otto Quis credet vulgo cum nec ſibi credere vulgus
Audeat/attingunt etiam mendacia ſummos
Nimirum quos tam falſum iurare licentur
Terminus vt vel ter vel bis iurata requirent
Vel cito rumori quis poſſit credere plebis
Omne quod audierit/cui lex permiſſa loquēdi eſt
Ouidius Tarda ſolet magnis rebus ineſſe fides

Deſcriptio fame. Capitulū.vi.

Virgili9 Fama malum quo non aliud velocius vllum
Mobilitate viget vireſqꝫ acquirit eundo
Parua metu primo/mox ſeſe attollit in auras
Ingrediturqꝫ ſolo et caput inter nubila condit
Monſtrum horrendum ingens cui quot ſūt corpe plume
Tot vigiles oculi ſubter/mirabile dictu
Tot lingue/totidem ora ſonant/tot ſurrigit aures
Tam ficti prauiqꝫ tenax/quam nuncia veri

Deſcriptio domus fame. Capitulum.vii.

Ouidi9. Orbe locus medio eſt inter terraſqꝫ fretumqꝫ
Celeſteſqꝫ plagas triplicis confinia mundi
Unde quod eſt vſqꝫ/quamuis regionibus abſit
Inſpicitur/penetratqꝫ cauas vox omnis ad aures
Fama tenet/ſūmaqꝫ locum ſibi fecit in arce
Innumeroſqꝫ aditus et mille foramina tectis
Addit/et nullis incluſit limina portis
Nocte dieqꝫ patet tota eſt ex ere ſonanti

Tota fremit voceſqꝫ refert/iteratqꝫ quod audit
Nulla quies intus/nullaqꝫ ſilencia parte
Nec tamen eſt clamor/ſed perue murmura vocis
Qualia de pelagi ſiquis procul audiat/vndis
Eſſe ſolent/qualem ve ſonum/cum iupiter altas
Increpuit nubes extrema tonitrua reddunt
Atria turba tenet veniunt leue vulgus/euntqꝫ
Mixtaqꝫ cum veris paſſim cōmenta vagantur
Milia rumorum confuſaqꝫ verba volutant
E quibus hij vacuas implent ſermonibus aures
Hij narrata ferunt alio menſuraqꝫ ficti
Creſcit/et auditis aliquid nouus addicit auctor
Illic credulitas/illic temerarius error
Vanaqꝫ leticia eſt/conſternatiqꝫ timores
Sedicioqꝫ recens/dubioqꝫ auctore ſuſurri
Ipſa q̄d in celo rerum pelagoqꝫ geratur
Et tellure/ videt totumqꝫ requirit in orbem.

Qm̄ mendax ſit fama — Capitulū. viij.

Fama loquax ſemper veracibus addere falſa
Gaudet/ et e minimo ſua per mendacia creſcit
E minimo creſcit/ſed non cito fama quieſcit — Pāphil⁹
Quāuis mentitur/creſcit eundo tamen
Fama malum ſolita viget in ſe garrulitate — Otto
De minimo veri mendacia multa refundit
Neſcia ſtare loco/ſed ad omne prompta moueri
Et que crebra mouent humanos ſompnia ſenſus
Auſpicijs intenta nouis/et triſtia letis
Veraqꝫ cu; falſis et turpia rebus honeſtis
More ſuo miſcet/terrarum ludit in orbe
Cuncta loquēs ⊥etiam⊢ .·. ſapiens ex ore potentum — .·. Pares
Quod ferat in vulgus .·. facta atqꝫ infecta canebat — .·. Virgi.

Alexād. De adulatione. Capitulum.ix.

Eſtis adulandi bibulis ſtudioſa potentum
Auribus inſtillans anime letale venenum

Bñ.pal. Huic aule vicio tanta eſt conceſſa voluptas
Ut rerum dominis humanas ſubtrahat aures
Sed quis tam gnarus qui non ſit laudis auarus
Credere laudiſonis titulis / eſt ambicionis
Plus palponiſta placet altricante ſophiſta

Deſcriptio adultoris. Capitulū.x.

Juuenal Ngenium velox / audacia perdita ſermo
Promptus et yſeo torrencior ede / quid illum
Eſſe putes / quēuis hominem ſecum attulit ad nos
Gramaticus / rethor / geometer / pictor aliptes
Augur cenobates / medicus / magus omnia nouit
Greculus eſuriens in celum iuſſeris ibit

Q non ſit credendum adulationibus. Cap.xi.

Thobias On caput inpinguet oleum peccantis ad aures
Si quis adulator latrat omitte fidem

Bñ.pal. Nil dant men ſipete nil portant preter auete
Juuenal. Quid ꝙ adulandi mens prudentiſſima laudat
Sermonem indocti / faciem deformis amici
Et longum inualidi collum ceruicibus equat
Herculis / anteum procul a tellure tenentis
Miratur vocem anguſtam / qua deterius nec
Ille ſonat / quo mordetur gallina marito
Si forſan rides / ſtatim maiore cachinno
Concutitur / flet ſi lacrimas conſpexit amici
Nec dolet / igniculum brume ſi tempore poſcas
Accipit endromadem / ſi dixerit eſtuo / ſudat
Non ſumus ergo pares / melior qui ſemper et omni
Nocte dieqꝫ poteſt / alienum ſumere vultum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et facie iactare manus laudare paratus
*Si bene ructauit/ſi rectū minxit amicus
+laudat adultor sed non·∴defertur honori ∴ Arator
Quod cogit formido loqui/nec mente coheret ∴ Alexā
Nudus amore timor·∴ minus eſt precioſus·et abſqʒ
Pondere ſermo grauis/quem non ꝗuis edidit auctor
Rumoreſqʒ facit leuitas auctoris inanes·

Quod non ſit potens cui vicia dominantur· Cap̄·xij·

Vos vides ſedere celſos ſolij culmine reges Boecius
Purpura claros nitente ſeptos triſtib9 armis
Ore toruo comminantes/rabie cordis anhelos
Detrahat ſi quis ſuperbis Vani tegmina cultus
Jam videbit intus artas dominos ferre cathenas
Hinc enim libido verſat Auidis corda venenis
Hinc flagellat ira mentem/Fluctus turbida tollēns
Meror aūt captos fatigat Aut ſpes lubrica torquet
Ergo cum caput tot vnum cernas ferre cathenas
Non facit quod optat ipſe dominineris preſſus iniquis

Quis ſit vere potens· Capituln·xiij·

Qui ſe volet eſſe potētē Animos domet ille feroces Idem·
Nec victa libidine colla fedis ſubmittat habenis
etenim licet indica longe Tellus tua iura tremeſcat
Et ſeruiat vltima tyle Tamen atras pellere curas
Miſeraſqʒ fugare querelas Non poſſe potencia nō eſt

De quatuor Affectionibus comp̄mēdis·Cap̄·xiiij

V quoqʒ ſi vis lumine claro cernere verum Idem·
Tramite recto/carpe callem
Gaudia pelle/pelle timorem/ſpemqʒ fugato
Nec dolor aſſit nubila mens eſt
Vinctaqʒ frenis/hec vbi regnant

De bono exemplo dando ſubditis· Capitulū·xv·

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Alexād Exemplo moneat fortes / documenta vigoris
·:Virgi· Exhibeat quicūqz regit·! ſic itur ad aſtra
Eūhard Paſtoris qui nomen habes ſis forma beate
Vite / quā debet ſubdita turba ſequi
Catho Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ipſuz
Auianꝰ Nam ſtultum nimis eſt cuz tu prauiſſima temptes
Alterius cenſor / vt vicioſa notes
Querulꝰ Exhibeas opere qđ ratione doces
Proſp Non prodeſt cuiq̄ ſolis bona dicere verbis
Ni pia mens habeat quod bene lingua ſonat
Nam fari recte miſerum eſt et viuere praue
Dampnat nota malum regula iuſticie
Gāfridꝰ Fel modicum totum mel amaricat / vnica menda
Totalem faciem deformat / caucius ergo
Conſule materie ne poſſit probra vereri

De vitando malo exemplo· Capitulū·xvi·

Juuena Exemplo qđcūqz malo cōmittitur / ipſi
Diſplicet auctori / prima eſt hec vlcio / qđ ſe
Judice nemo nocens abſoluitur / improba q̄uis
Gracia / fallacis pretoris vicerit vrnaz

De doctoribus male viuentibus Capitulū·xvij

Huſañ· Hibi timporibus / ſunt nigri moribus / equant
Timpora cana niuem / corda doloſa picem
Inde poteſt ipſis iraſci moribus etas
Que ſtupet in ſenio non ſenuiſſe ſenes
Hos gradus inſignit / ſed vita premit / nec honori
Sūmo reſpondet inſima vita ſenuz
Cumqz regant alios / tamen a dulcedine morū
Jeiunus remanet tantus honoris apex
Ore docent / ſed quid ſi cuz lingue vita repūgnet
Nec redimat mores / aurea lingua malos

Verbis frondeſcunt/ſed non eſt fructus in actu
Ore pluunt alijs /ſed ſine rore ſibi
Cum doceant alios ſed non hortantur et inſtar
Candele/ſpargunt in ſua dampna iubar
Sed quid fert fructus ſi quem flos nominis ornet
Et de melle boni nil tua vita ferat
Se laudi conformet opus / niſi facta marites Thobias
Verbis / verba nocent friuola/ fructus obit
Tutur ad aſte''ae roſtrum deflectit In actu
Sermonem ſapiens fructificare facit
Qualem ſe circa ſubditos ꝑlatus exhibere debeat.
Expectata diu/cũ te ꝓuincia tādē Cap.xviij. Juuenal.
Rectorem accipiet / pone ire frena/modumqꝫ
Pone et auaricie/ miſerere inopum ſociorum
Cum ſeruos fuer s ꝓprios mercatus in vſus Catho
Et famulos dicas homines tamen eſſe memento
Oſſa vides regum vacuis exuta medullis Juuenal.
Reſpice quid moneant leges / quid curia mandet
Premia q̃ꝫta bonos maneant / que fulmina prauos
Quere quid eſt virtus et poſce exempla honeſti Oracius
Multorum diſce exemplo/ que facta ſequaris Catho.
Que fugias / vita eſt nobis aliena magiſtra
Vtcuiqꝫ eſt etas / ita quēqꝫ facetus adopta Oracius
Lenibus impꝫijs tu cede potentis amici
Cum bene pũgnabis / cum cuncta ſubacta putabis zozimas.
Que magis infeſtat vincenda ſuperbia reſtat
Mens victrix nil molle mouet nil debile dictat Dares.
Sonti difficilis / ac miti blanda rigorem
Exuit/afflictis clemens / et ciuibus equa
Nil tumidum nil triſte ſonat/ ꝓpiorqꝫ precanti
Mollibus imperijs ſi mutantes inſtruit aures

Juuenal' ¶ Quod nulli facienda eſt Iniuria. ¶ Capitulū. xix.

Orandum in primis ne magna iniuria fiat
Fortibus et miſeris / tollas licet omne qd vſqȝ ē
Auri atqȝ argenti / ſcutū gladiumqȝ relinquas
Et iacula et galeam ſpoliatis arma ſuperſunt
Parcere ſubiectis et debellare rebelles
Gloria principis eſt verum Cum plurima poſſis
Gāfrid9 Poſſe modum ſeruare velis / memor imprime menti
Quādo nocere potes / noli / ſatis eſt nocuiſſe
Poſſe nocere nichil facias qd poſtmodum velles
Non fieri / ſed ſit mens cauta preambula facti
Eſopus Pennatis ne crede bonis / te nulla poteſtas
In miſeros armet / nam miſer eſſe potes
Quod tibi non faceres / alijs feciſſe caueto
Vulnera ne facias que potes ipſe pati
Ouidius Inde date leges / ne fortior omnia poſſet
Oracius Iura inuenta metu iniuſti fateare neceſſe eſt
Boecius Vis aptam meritis vicem referre
Dilige iure bonos et miſereſce malis.
Thobias Superne malos cole prudentes / compeſce rebelles
Da miſeris / ſontes argue / parce reis
Dares Labe pati peccat / piter crudelis vterqȝ eſt
Qui nulli parcit / et nulli mobilis ire eſt

¶ De habenda prouidencia ¶ Capitulū. xx.

Auian9 Quiſquis torpentem paſſus tranſire iuuentam
Nec timuit vite prouidus ante mala
Confectus ſenio poſtqȝ grauis affuit etas
Heu fruſtra alterius ſepe rogabit opem
Eſo pus Hunc timeat caſum qui ſe non fulcit amico
Nec dare vult felix quā miſer optat opem
Si quid agas prudenter agas et reſpice finem

Ferre maiora volo ne grauiora feram<br>
Et mala ſunt facienda quibus peiora repellas — Iſeng̃nꝰ<br>
Militat in dubijs rebus ſapientia rerum — Matheꝰ.<br>
Metas metitur et quid et vnde metat<br>
Cum fueris felix que ſunt aduerſa cauebis — Catho<br>
Non eodem curſu reſpondent vltima primis<br>
Quod ſequitur ſpecta q̄dqꝫ imminet ante videto<br>
Illū imitare deum partem qui ſpectat vtramqꝫ<br>
Proſpice qui veniunt hos caſus eſſe ferendos<br>
Nam leuius ledit quicquid prouidimus ante<br>
Et ratione tua rem bene prouideas — Pāphilꝰ<br>
Principium finemqꝫ ſimul ſollercia ſpectat<br>
Rerum fines habet crimen et omne decus<br>
Improuiſa magis vulnera ſepe nocent — Geta.<br>
Nam prouiſa minus ledere tela ſolent — Eſopus<br>
Cum ſis incautus nec rem ratione gubernes — Catho.<br>
Noli fortunam que non eſt dicere cecam<br>
Senſu diſcreto que ſunt notitura caueto — Spe. m̄.<br>
Peruigili cura ſemper meditare futura<br>
Prouideat felix/ miſero quia nullus amicus — Eſopus

De habendis conſilijs et cum quibus. Cap̄. xxi.

Anxia cum trepidis nutat ſentencia rebus — Marciaꝰ<br>
Fluctat incertis aut ſors ignara futuris<br>
Conſulet mortale genus/ q̄dqꝫ indiga veri<br>
Cura facit dubium vel ſpes incerta fatigat<br>
Conſule quis etas longa magiſtra fuit — Ouidiuſ<br>
Incurret rupem niſi nauta regat bene puppem — Aurora.<br>
Nec tanget ſcillam ſi conſilio regat illam<br>
Vtile conſilium dominus ne deſpice ſerui — Catho<br>
Nullius ſenſum ſi prodeſt contempſeris vnq̄ꝫ<br>
Iudicium populi nūq̄ꝫ contempſeris vnus

Ne nulli placeas dum vis contempnere multos
Vtile conſilium qui vitat inutile ſumit
Qui nimis eſt tutus recia iure ſubit
Otto Securos plerumqz nimis ſors negligit ipſa
Eſopus Nil melius ſano monitu/nil peius iniquo
Conſilium ſequitur certa ruina malum

De ſeruis nequā non exaltandis. Capitulū.xxij.

Alexād. Conſultor procerum ſeruos cōtempne biligues
Et nequā/nec quos humiles natura iacere
Precipit/exalta/nam qui pluuialibus vndis
Intumuit torrens fluit acrior amne perhenni
Sic partis opibus et honoris culmine ſeruus
In dominū ſurgens truculentior aſpide ſurda
Obturat precibus aures manſueſcere neſcit
Querul9 Qm̄ mala diuicie ſerui famulantur in vſum
Seruus enim locuples aſpide peior erit
Mathe9 Seruilis precibus rabies exuberat/exit
In vetitum/iuris neſcia/fraude potens
Claudi. Aſperius michil eſt humili cum ſurgit in altum
Cuncta ferit cum cuncta timet deſeuit in omnes
Vt ſe poſſe putent/nec belua tetrior vlla eſt
Qm̄ ſerui rabies in libera colla furentis
Grā.pal. Nam ſeruus neq̄ nūq̄ rem diligit equā

De malicia et infidelitate ſeruorū. Capitulū.xxiij.

Alexād. Ante feret ſtellas tellus/ſeptemqz triones
Ablue et occeanus/et ſiccū piſcis amabit
Qm̄ ſerui ad dominū ſit veri nexus amoris
Inter eos nulla eſt concordia/nam licet extra
Pax pretendatur odio confligitur intus
Pacem vultus habet/agitant precordia bellum
Lucan9 Nulla fides pietaſqz viris/qui caſtra ſequuntur

Penaleſqȝ manus ibi fas vbi maxima merces
Peſſima gens talis que ſu'b domini latet alis Bri. pal.
Cum ſint degeneres / ducunt altas mulieres
Qꝫ male ſeruus amat / timor abſit ceſſat amare Querul9
Non amat vt timeat / ſed timet hic vt amet
ᐩParua quidem ᶜ .·. ſepe hoc famuli dementius audent .·. Iſeng.
Quo ſe ſub domino pauperiore vident
Plus nocet vt noſcis ad cuncta domeſticus hoſtis Pabu.

Qui merito ſint exaltandi. Capitulū. xxiiij.

NOn tamen id prohibet rationis calculus / vt nō Alexād.
Exaltare velis / ſi quos inſignit honeſtas
Quos morum ſublimat apex / licet ampla facultas
Et patrie deſit / et gloria ſanguinis alti
Nam ſi vera loquar / auferre pecunia mores
Non afferre ſolet / etenim inter cetera noctis
Monſtra parere / nihil eſt monſtro corruptius iſto
Quem vero morum non rerum copia ditat
Quem virtus extollit habet / quod preferat auro
Qꝫ patrie vicium redimat / ꝙ conferat illi
Et genus et formam Virtus non queritur extra
Non eget exterius / qui moribus intus habundat
Nobilitas ſola eſt / animum que moribus ornat
ᐩAd meritum ᶜ .·. virtute decet non ſanguine niti .·. Claudi
Nobilitas ᐩanimi ᶜ ſola eſt / atqȝ vnica virtus Alexād.

Qꝫ diuerſis morib9 ſubditoꝝ p̄lat9 ſe aptaē debeat

MIlle hoīm ſpēs ⁊ reꝝ diſcolor v'ſus Cap. xxv Perſius
Velle ſuum cuiqȝ eſt / nec voto viuitur vno
Non valet eſſe locus ᐩhumanis ᶜ morib9 vnus Arator.
Pectoribus mores tot ſunt / quot in orbe figure Ouidius.
ᐩEt capiunt diuerſa ᶜ .·. trahit ſua quemqȝ voluptas .·. Virgili
Diuerſos diuerſa iuuant non omnibus annis Maximia

Omnia cōueniunt res prius apta nocet
Ouidius Qui ſapit innumeris moribus aptus erit
Vtꝗ; leuis protheus modo ſe vertebat in vndas
Nunc leo nunc arbor/ nunc erat hircus aper
·: Ouidi Deniꝗ;. ! Mille animos excipe mille modis
Nā non conueniens omnibus vnus erit

Quod non cito credendū ſit delatoribus Cap°. xxvi.

Tobias Si quis quē reprobat/ diſcernere te decet. vtrū
Hoſtis/ an inuidus/ an ambicioſus adeſt
Ambicio/ liuor/ odiū/ tria ſunt mala/ quorū
Fautores/ facili credulitate nocent
Non nūꝗ̄ nocet auditus dum percipit auris
Non credenda/ fides impetuoſa nocet
Hoſtis ſi reprobat hoſtem ne crede/ furorē
Exercere ſuum/ te mediante cupit
Inuidus vt noceat alijs ſtudet/ aut ſibi ſoli
Aut prodeſſe ſuis ambicioſus amat
Hic famuli merces perit expectata/ potentes
In famulos armat impetuoſa fides

De crudelitate tyrannica. Capitulū. xxvij.

Lucanus Ius et fas multos faciunt ptolomee nocentes
Dat penas laudata fides cum ſuſtinet illos:
Quos fortuna premit/ fatis/ accede deiſꝗ;
Et cole felices/ miſeros fuge/ ſidera/ terra
Vt diſtant et flamma mari/ ſic vtile recto
Sceptrorum vis tota perit/ ſi pendere iuſta
Incipit euertitꝗ; arces reſpectus honeſti
Libertas ſcelerum eſt quē regna inuiſa tuetur
Sublatuſꝗ; modus gladijs facere omnia ſeue
Non impune licet niſi cum facis/ exeat aula
Qui vult eſſe pius/ virtus et ſumma poteſtas

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Non coeunt/ſemper metuet/quē ſena pudebunt
Ad generuꝫ cereris ſine cede ⁊ ſanguine/pauci Juuenal
Deſcendunt reges et ſicca morte tiranni

¶ De amicis habendis et vtilitate amicitie. Ca. xxviij

Sit procul omne nephas vt ameis amabilis eſto Ouidius
Fac vt ameris/ama quos fruct9 amois amicos Thobias
Predicat/et brauio dignus amoris amor
Fructus amicitie redimit diſpendia vite
Flebilis exitium gracius eſſe facit
Eſt ſine melle fauus/ſine meſſe ſeges/ſine fructu
Arbor/amicitia coniuge vita carens
Dulcis amicorum cōgreſſus vernat/honeſti
Nulla ſuperfluitas federis eſſe poteſt
Plaude bonis/fuge prauorum conſorcia labem
Expice tractata contrahit egra manus

¶ De tribus gradibus amoris. ¶ Capitulū. xxix.

Sunt in amore grad9 tres/triplex grā/fundat Thobias
Prima/ſecunda fouet/tercia firmat opus
Fundat origo/fouet progreſſio/fedus amico
Obſequio ſolidat continuata fides
Prima ſerit fedus/rigat altera/tercia meſſem
Siccat/et horreolo conciliare ſtudet

¶ De triplice fomite amoris. ¶ Capitulū. xxx.

Nutritura triplex tenero tribuatur amori Idem.
Te duce/in foueas ſemina/meſſis obit
Fedus alit morum par gracia/par ſtudiorum
Vſus in obſequijs alterutrata fides

¶ Quid ſit diligendum in hominib9 Capitulū. xxxi.

Nature quiſquis ꝓprie non ſpernis honorem Proſp.
In quocūqꝫ hominū que tua noſcis ama
Sit tamen vt prauos vitet concordia mores

Nulla qȝ ſint pacis federa cum vicijs
Namqȝ quod artificis ſummi fecit manus vnum eſt
Queqȝ auctore deo condita ſunt/bona ſunt
Diuinum in nullo figmentum deſpiciatur
Sola malis ſtudijs addita non placeant

Qꝫ non ſit conſenciendum vicijs Capitulū.xxxij.

Oracius — Virtus eſt vicium fugere .In crimine vtus
Arator — Crimen erit/cumqȝ ad facinus ſociantur iniqui
Eſt ibi culpa fides quā tunc in laudibus ornat
Verus honor/cuȝ cauſa pia eſt/quia crimine ab vno
Fit cōmune nefas/quociens ſcelus ante pactum
Conſenſus facit eſſe ſuum/meliora ſequamur
Maximus. — Frater qui peccat lex patrem qui ſilet equat
Pamphil9 — Sepius impediunt iuſtos peccata malorum
Semper iniquorum ſcelus impedit acta bonorum

Qꝫ modeſte arguendi ſūt ſubditi. Capitulū.xxxiij

Catho. — Vincere cum poſſis interdum cede ſodali
Obſequio quō dulces retinentur amici
Ouidi9. — Flectitur obſequio curuatus ab arbore ramus
Franges ſi vires experiare tuas
Obſequio tranſnantur aque/nec vincere poſſis
Flumina/ſi partem quā rapit vnda nates
Obſequiū tygreſqȝ domat tumidoſqȝ leones
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit
Eñ.fil. — Tempore miteſcunt poſita feritate leones
Tempore limici tygris et vrſa ſolet
Catho — Quem ſcieris non eſſe parem tibi tempore cede.
Victorem a victo ſuperari ſepe videmus
Eſopus. — Si vincat minimū ſumm9/ſic vincere/vinci eſt
Vincere poſſe decet/vincere crimen habet

De precio victi pendet victoria/victor
Tantus erit/victi gloria quāta fuit
Diſce pius victis/vincendis eſſe cruentus — Alexā𝔡
Inſtabile eſt regnum quod non clemencia firmat — Ouidius
Non eſt armatos equū contendere nudis
¶ Qꝫ ſine pſonaꝝ et muneꝝ accepcōne iudicandū ſit
Si lis inciderit te iudice/dirige librā Ca·xxxiiij· — Alexā𝔡
Judicij/nec flectat amor/nec munera palpent
Nec moueat ſtabilem perſone acceptio menteꝫ
Sedde ſuam fidei perfidieqꝫ vicem — Iſengrn9
¶ Qꝫ amor peruertat Judicium ¶ Capitulū·xxxv·
Migrat in exilium racio/ſe linea iuris — Mathe9
Obliquat/ſeuus qua dominatur amor
Eſt amor iniuſtus iudex aduerſa maritans — Thobias
Rerum naturas degenerare facit
Conſonat antyteſis in amore/ſciencia neſcit
Ira iocatur/honos ſordet/habundat egens
Anxietas in amore ſapit/dulceſcit amarum
¶ Qꝫ munus corrumpat Judicem· Capitulū·xxxvi·
Corruptus Judex male verum examinat omnis — Oracius
Ve tibi qui miſeris ius ſubtrahis/ac ita queris — Sn·pal·
Quid das quid te datis/tua iura negans dare ꝑtis
Muneris arguitur/accepti cenſor iniquus — Alexā𝔡
Munus enim a norma recti diſtorquet acumē — Idem·
Judicis/et tetra inuoluit caligine mentem
Cum ſemel obtinuit viciorum mater in aula
Peſtis auaricie que ſola incarcerat/omnes
Virtutum ſpecies ſpreto moderamine iuris
Curritur in facinus/ne leges curia curat
¶ De reuerēcia exhibenda ſenib9 Capi·xxxvij·
Quondaꝫ hoc indigene viuebant more/decenti — Juuenal

Credebant ꝙ grande nefas et morte piandū
Si iuuenis vetulo nō aſſurrexerat/ et ſi
Barbato cuicumq̃ puer/ licet ipſe videret
Plura domi farra et maiores glandis aceruos
Ouid9. Magna fuit quōdam capitis reuerencia cani
Inq̃ ſuo precio ruga ſenilis erat
Et medius iuuenū/ nō indignantibus ipſis
Ibat et interior ſi comes vnus erat
Verba quis auderet coram ſene digna rubore
Dicere ſenſuraꝫ longa ſenecta dabat.

Qꝫ vnicuiq̃ perſone ſit ꝓprius honor exhibendus

Oracius Qvid didicit patrie q̄d debeat ⁊ q̄d amicis C. xxxviij
Quo ſit amore parens q̄ frat̄ amādus ⁊ hoſtis
Quod ſit conſcripti quod Iudicis officium/ que
Partes in bellum miſſi ducis/ ille profecto
Reddere perſone ſcit conueniencia cuiq̃
Prima prior/ poſt turba minor/ ſerieq̃ ſedendi
Perſonam ꝓprius quāq̃ tuetur honor
Singula queq̃ locum teneant ſortita decenter

Quod ſit officium iudicis. Capitulū. xxxix.

Ouidi9. Iudicis officium eſt/ vt res ita tempora rerum
Querere/ queſito tempore/ tutus eris
Catho Nolo ſinas prauos homines peccata lucrari
Temporibus peccata latent et tempore patent

Neminem eſſe contempnendum. Capitulū. xl.

Eſopus. Cvm ſi ſumma potes ne deſpice parua potentem
Nam prodeſſe poteſt ſiquis obeſſe nequit
Auian9. Si quadam virtute nites ne deſpice quemꝙ̄
Fortaſſis dote qua micat ille/ cares
Alanus Vnius probitas multorum crimina penſet
Vnaq̃ ꝙ̄ plures exterminat vnda lituras

De diuerſis donis nature. Capitulū. xli.

Gracia nature / non eſt equalis in omnes
Nec ſua largitur equali munera lance
Hos beat / hos validos / creat / iſtos flore decoris
Induit / hos egros / deformes ſuſtinet illos
Excoluit natura hominem ſtudioſior / omni — Querul9
Dote bona / circa cetera pigra magis
Non genus humanum ſtudio penſauit eodem
Hos probitate illis / illa preire dedit

De amico non derelinquēdo in aduerſis · Ca· xlij·

Nemo ſibi ſatis eſt / eget omnis amicus amico — Eſopus
Nec quiſq̄ medicus melior q̄ fidus amicus — Catho
Rara quidem virtus quā non fortuna gubernet — Ouidius
Que maneat ſtabili cum fugit illa pede
Turpe putas abici / quia ſit miſerandus / amicum
Quʒ ſit infelix deſinere eſſe tuum
Turpe referre pedem nec paſſu ſtare tenaci
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem
Mitius eſt laſſo digitum ſupponere mento
Mergere q̄ liquidis ora natantis aquis
Turpe ſequi caſum et fortune accedere amicum
Et niſi ſit felix eſſe negare tuum
Quem faſtidit homo non vere diligit / ille — Alexād
Verus amor miſerum qui non faſtidit amicum
Corporis ex habitu dire ludibria ſortis
Nemo pius penſat · Sors aſpera monſtrat amicos — Eſopus

De beneficijs non obliuiſcendis · Capitulū · xliij·

Non debet meritum turpis delere vetuſtas
Accepti memores nos decet eſſe boni
Tempore deleri gracia firma nequit
Defendit culpam ſenij / laus ampla iuuēte



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pro ſene qui cecidit facta priora vigent
Nullus amor durat niſi fructus ſeruet amorem
Quilibet eſt/ tanti munera quāta facit
Magnus eram dum magna dedi/ nunc muſcid9 ōnis
Vileo/ de veteri mencio nulla bono
Si laudas quod eram/ quod ſum culpare ꝑtcuū eſt
Si iuuenem recipis pelle turpe ſenē eſt
Catho. Sunt quedam que ferre decet pacienter amicum
Mutauit mores/ ſed pignera prima memento
:. Eſop9 Grande quidem .·. moruȝ decus eſt meminiſſe bñcfū.

De ſuccurrendo miſeris. Capitulū. xliiij.

Ouidius Regia crede michi res eſt ſuccurrere lapſis
Conſpicitur nūꝙ̃ meliore potencia vultu
Quā quociens vanas non ſinit eſſe preces
In cauſa facili cuiuis licet eſſe diſertum
Et minime vires frangere quaſſa valent
Ardua molimur/ ſed nulla niſi ardua virtus
Dedecet ingenuos tedia ferre ſui
:. Geta. Namᶜ .·. magnos humeros grandede debitonus
O uidi9. Cauſa patrocinio non bona maior erit
Alexād. Hic vbi tractatur cōmunis cauſa duoruȝ
Interdum maior ſolet excuſare minorem
Catho Si potes ignotis etiam prodeſſe memento
Vtilius regno eſt meritis acquirere amicos
Alexād. Non minus eſt poſtꝙ̃ cepit miſerabilis eſſe
Parcere confracto/ ꝙ̃ frangere poſſe rebelleȝ
Ouidi9. Vtilitas igitur/ magnos hominesqȝ deosqȝ
Efficit/ auxilijs quiſqȝ fauere ſuis
Conueniens homini eſt hominē ſeruare voluptas
Et melius nulla queritur arte fauor
Vt deſint vires/ tamen eſt laudanda voluntas

Hac ego contētos auguror eſſe deos
Hec facit vt veniat pauper quoqȝ gratus ad aram
Et placeat ceſo non minus agna boue

De largitate exhibenda. Capitulū. xlv. Alexā̄s

Unge animos donis / auriqȝ appone liquorem
Hec egre menti poterit medicina mederi
Hic inopi diues larguſqȝ medetur auaro
Munus enim mores confert irretit auaros
Occultat vicium genus auget / ſubicit hoſtem
Non opus eſt vallo quos dextera dapſilis ambit
Nam ſeu pax vigeat / ſeu rupto federe pacis
Regnet / et in toto diſcordia ſeuiat orbe
Principibus dubijs ſubitumqȝ timentibus hoſtez
Eſt dare pro muro / ſolidi muniminis inſtar
Non murus non arma ducem tutantur auarum

Qz deficiētib9 domis vtēdū ſit pmiſſiomb9 Ca. xlvi Idem

At ſi forte animo res non reſpondeat alto
Copia ſi deſit vel ſi minuatur aceruus
Non minuatur amor nec deſit copia mentis
Promittas facito / quid ei promittere ledit Ouidius
Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt
Spes tenet in tempus ſemel eſt ſi credita longuz
Illa quidem fallax ſed tamē apta dea eſt
Fallitur augurio ſpes bona ſepe ſuo Alexā̄s
Allice pollicitis promiſſaqȝ tempore ſolue
At quod non dederis ſemper videare daturus Ouidius
Hic dominū ſterilis ſepe fefellit ager
Hic ne perdiderit non ceſſat perdere luſor
Et reuocat cupidas alea ſepe manus
Flatibus auratum que rore carent pluuiarum Aurora
Par eſt promittens et nulli munera mittens



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Pāphil9 Irrita venales faciunt promiſſa labores
Cum mercede labor gracior eſſe ſolet

De racōne habenda in dando et ī accipiēdo. c. xlviij.

Thobias Quatuor hec cognata datis ſunt/cauſa volūtas
Dantis/cui dederis/materieſqȝ dati
Cui dederis ſit egens te cognoſcente/voluntas
Gracia/materies propria/cauſa deus
Affectus preit effectum non aſpice quātum
Sed ſluat a quāta ſedulitate datum
Catho. Exiguū munus cum dat tibi pauper amicus
Accipito placide et plene laudare memento
Ouidi9. Quiſquis q̄ꝑ potuit dat maxima/gratus habunde eſt
Et finem pietas contigit illa ſuum
Thobias Non tibi quod dabitur/ſed cur intellige/ſola
Sola volnntatis forma monetat opus
Obſequio renouatur amor/quia verus amicus
Dantis in effectu non datione patet
Non nūq̄ꝑ fuge quod dabitur ſuſceptio doni
Arbitrij vendit liberioris opes
Sepe repulſa iuuat nocet impetrare/repulſa
Liberat arbitrium munera ſumpta ligant
Venditur arbitrium dum viuitur ex alieno
Sumptu/pane tuo veſcere/liber eris
Si locus eſt plerumqȝ datum non reſpue/quippe
Si fugis oblatum/retribuiſſe negas
Donis dona dator/q̄ poſcit adulterat/inſtar
Fenoris/aut ſpeciem venditionis habet
Eſopus Si tibi quid detur/cur detur reſpice/ſi des
Cui des ipſe nota/teqȝ guloſe doma
Thobias Da cito/da gratis gratum/ne gracia fiat
Venalis/grato munere gratus eris

Gracius eſt iamiamqȝ datum/meritiqȝ nouerca
Eſſe ſolet dantis deſidioſa manus
Non circumſpecta neqȝ conſulta ratione Bñ. ſil.
Sed quaſi diffuſe dextera larga dabit
Turpe ſuper donis dubitabitur inter amicos
Et mora donandi non leue crimen habet

De diſcretione habenda in dando et retinendo.
Capitulum. xlviij.

Sic des pro modulo cenſus/ne prodiga dantis Thobias
Virtus in vicium collaterale ruat
Largus eris dans digna dari/dans digna teneri
Prodigus/vt capias grata nociua caue
Parcus eris/retinens que cenſet digna teneri
Vſus/auarus eris diſtribuenda tenens
Prodigus excedit menſurã largus honori
Seruit/fructificat parcus/auarus eget
Sit tua larga manus nõ prodiga/parcus/auarus
Eſſe caue/ſpreto cortice grana leges
Da quod hẽs ſi quid depoſcit aĩcus/amatũ
Si dederis merito/nulla ꝑdita feres
Eſt dare leticie vox verbis nobile verbum
Mellifluum dantis gloria dantis honor
Crede michi res eſt ingenioſa dare Ouid.
Qui dabit ille tibi magno ſit maior homero
Eſt rogo vox miſera vox importuna fauoris Thobias
Prodiga/meroris plena fauoris egens
Debita ſolue precor largire rogata/rogãtis
Si poterit ſuperet munera dantis honor
Nam pro perſona decet vt ſint congrua dona Mahu.
Da dabitur dimitte tibi dimittet opimus Thobias
Judex/conſimili ſemina lance metes

Solue laboranti lucra mercenarius omnis
Debet pro merita conditione frui.

De hoſpitalitate exhibenda. Capitulū.xlix.

Henric9 Hoſtiles inimicitias dat in hoſpita ſedes
Hoſpite ne careas hoſte carere volens
Thobias Sparge dapes / operi nudos / caput accipe mēbris
Ouidius Hoſpitibus leto vultu ∴ ſuper omnia vultus
Acceſſere boni / nec iners pauperq; voluntas
Iuuena Hoſpite venturo ceſſabit nemo tuorum
Verre pauimentum / nitidas oſtende columpnas
Arida cum tota deſcendat aranea tela
Hic lauet argentum vaſa aſpera tergeat alter
Occurrit propere Iocunda fronte ſerenat
Hoſpicium factum purpurat oris honor
Thobias Hoſpitis arridet non hoſpes gracia plauſus
Hoſpitis hoſpicium gracius eſſe facit
∴ Eſop9 Mellit et accumulat prandia frontis honos
In menſa tenui ſatis eſt imenſa voluntas
Nobilitat viles frons generoſa dapes
Emendat / conditq; dapes clemencia vultus
Conuiuam ſaciat plus dape / frontis honor
Quam timor obnubit non eſt ſincera voluptas
Non eſt ſollicito dulcis in ore cibus
Rodere malo fabam ꝙ cura perpete rodi
Degenerare facit cura diurna fauos
Triſtior immenſas pauperat vſus opes
Catho Fac ſumptum ꝓpere cum res deſiderat ipſa
Dandū etenī eſt aliq̄d cum tempus poſtulat aut res

Qꝫ nociuū ſit dare nebulonibus. Capitulū.l.

Querul9 Prouocat / vt ledāt qui dat nebulonibus / vrge
Laudabunt acuūt dona flagella domāt

Non comedit niſi pro precio paſitus / et ere
Nolo refert gratis dentes digitoſqꝫ mouere
Nil dant menſipete / nil portant preter auere Gri. pal.

Qꝫ quādoqꝫ negandū ſit petenti. Capitulum. li.

Quod datur ex facili longum male nutrit amorē Ouidi9.
Miſcenda eſt teneris rara repulſa iocis
Nec minor eſt virtus ꝙ querere parta tueri
Caſus ineſt illic / hic erit artis opus

De falſis amicis. Capitulū. lij.

Donec eris felix multos numerabis amicos Idem.
Tempora ſi fuerint nubila ſolus eris
Cum feriant vnū / non vnum fulmina terrent
Iunctaqꝫ percuſſe turba pauere ſolet
Cumqꝫ dedit paries venture ſigna ruine
Sollicito vacuus ſit locus ille metu
Quis non e timidis egri contagia vitet
Vicinum metuens ne trahat inde malum
Nature fortuna potens preponderat horret Thobias
Naturam / ſequitur lucra / ſophiſta fauor
Fluctuat ad cenſum venalis amicus / egenū
Sed verus refouet nec fabricatus amor
Illud amicitie quōdam venerabile nomen Ouidi9.
Proſtat / et in queſtu pro meretrice ſedet
Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt
Que ſimul intonuit proxima queqꝫ fugat
Dū fortuna tonat fugitiuos terret amicos Eſopus
Nam refugit viſo turbine falſus amor
Et quis amet / quis non / ſola procella docet
Turpe quidem dictu / ſed ſi modo vera fatemur Ouidi9.
Vulgus amicitias vtilitate probat
Cura quid expediat prior eſt / ꝙ quod ſit honeſtum

Et cum fortuna ſtatq3 caditq3 fides
Nec facile inuenies multis in milibus vnū
Virtutem precium qui putet eſſe ſui
Ipſe decor recti, facti/ſi premia deſint
Non mouet/et gratis penitet eſſe probum
Nil niſi quod prodeſt carum eſt/en detrahe menti
Spem fructus auide/nemo petendus erit
At reditus iam quiſq3 ſuos amat ⁊ ſibi quid ſit
Vtile/ſollicitis ſupputat articulis
Dum iuuat ⁊ vultu ridet fortuna ſereno
Indelibate cuncta ſecuntur opes
At ſimul intonuit/fugiunt/nec noſcitur vlli
Agminibus comitum qui modo cinctus erat
Horrea formice tendunt ad inania nūq̄
Nullas ad amiſſas ibit amicus opes
Vtq3 comes radios per ſolis euntibus vmbra eſt
Cum latet hic preſſus nubibus illa fugit
Mobile ſic ſequitur fortune lumina vulgus
Que ſimul inducta nute teguntur abit

## De fide venali: Capitulū.liij.

Otto O Quātum fellis ꝗtum fert debilitatis
Empta ſalus ſed et obſequiū venale timēdum
Ne ſit vt eſſe ſolet/prior empcio caſſa ſequēte
Nam ſemel empta fide ȝ vendenti credita proſtat
Denuo/fitq3 nouo meretrix turpiſſima queſtu
Empta fides quaſi nulla fides licet obſide/certam
Efficias/vincla laxentur ab obſide/ſtatim
Vana fides/nec erit quiſq̄ niſi ſponte fidelis
Bn.pal. Empta fides radice carens eſt neſcia ſtare

## De veris amicis. Capitulū.liiij.

Cum deus intonuit/ſe non ſubducere nimbo — Ouidius
Id demū pietas/id ſocialis amor
Scilicet vt fuluū ſpectatur in ignibus aurum
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides
Judice me/mercede caret/per ſeqꝫ petenda eſt
Externis virtus incomitata bonis
Difficile eſt fateor/ſed tendit in ardua virtus
Et talis meriti gracia maior erit
Dulcis amicorum redolet congreſſus amicos — Thobias
Expedit affectus alterutrare ſuos
Jam didici/ꝙ ſit venerabile nomen amici — Alexād.
Quā ſincerus amor/ſinceros inter amicos
Sola mori neſcit eclipſis neſcia virtus
Semper amiciciam teſtificatur opus. — Alexād.

De fugienda voluptate carnis. ¶ Capitulum. lv.

Cetera quid moneam/ſed non te emolliat intus — Alexād.
Prodiga luxuries/nec forcia pectora frangat
Mentis morbus amor/latebris et murmure gaudens
Non bene conueniunt/nec in vna ſede morantur — Ouidius
Maieſtas et amor.·. Quis enim modus adſit amori — .·. Virgi.
Si bacho venerique vacas/qui cetera vincis — Alexād.
Subiuga deuiſti perijt delicta vacantis
Libertas animi veneris flagrante camino
Mens hebet interius/rixaſqꝫ et bella moueri
Imperat/et ſuadet racionis vile ſepulchrum
Ebrietas/rigidos eneruaut hec duo mores
Parca voluptates ſit eis explere voluntas
Qui leges hominū et mundi moderantur habenas
Arta ꝛ difficil' ē via ad vitā/larga ꝛ facil' ad īfernū
Iſta via ē vere/q̄ ducit ad atria vite ¶ Ca. lvi. — Proſp.
Nec recipit carnis gaudia/mentis iter

Amplis incedit ſpacijs terrena voluptas
Anguſto virtus limite / celſa petit
Alanus. Difficilis conſcenſus ad hanc / facilisqȝ receſſus
Acceſſus paucis / caſus patet omnibus / in quā
.·. Virgi. Vix tranſire queas .·. facilis deſcenſus auerni
Noctes atqȝ dies patet atri ianua ditis
Sed reuocare gradum / ſuperaſqȝ euadere ad auras
Hic opus / hic labor eſt / pauci quos equus amauit
Jupiter / aut ardens euexit ad ardua virtus
Alanus. Dijs geniti potuere tuti .·. valet omnis ab illa
Declinare via / que paucis peruia / multis
Clauditur / arta nimis virtuti / larga ruine

De gaudijs celeſtibus Capitulū. lvij.

Alanus. Hic riſus / ſine triſticia / ſine nube ſerenum
Delicie ſine defectu / ſine fine voluptas
Pax expars odij / requies ignara laboris
Lux ſemper rutilans / ſol veri luminis / ortus
Neſcius occaſus / gratum ſine veſpere mane
Hic ſplendor noctem / facies faſtidia neſcit
Gaudia plena vigent / nullo reſperſa dolore
Non hic ambiguo graditur fortuna meatu
Non riſum lacrimis / aduerſis proſpera leta
Triſtibus infirmat / non mel corrumpit aceto
Aſpera commiſcens blandis / tenebroſa ſerenis
Connectens luci tenebras / funeſta iocoſis
Sed requies trāquilla manet quā fine carentem
Fortune caſus in nubila vertere neſcit

Quid nos ad celeſtia perducat. Capitulū. lviij.

Idem. Non huc nobilitas generis non gracia forme
Non gaze deiectus amor / non gloria rerum
Non mundanus apex / non virtus corporis / audax

Improbitas hominis / preceps audacia tendit
Sed ſolum virtus animi conſtancia mentis
Factaqz nobilitas / non nata / ſed inſita menti
Interior ſpecies / virtutum copia / morum
Regula / paupertas mundi / contemptus honoris.

Quales celeſtem habitacionem mereant. Ca. lix.

Hic habitat / quē vita deum / virtuſqz beatum — Idem.
Fecit / et in terris meruit ſibi numen olimpi
Corpore terrenus / celeſtis mente / caducus
Carne deus vita / viuens diuinitus / extra
Terrenum ſapiens / intus diuina repenſans
Quem non erexit faſtus / non gloria rerum
Non mundi deiecit amor / non lubrica fregit
Luxuries / non luxus opū / nō ardor habendi
Succendit / non liuor edax / nō anxia fex
Peſtis auaricie / non laudis ceca cupido
Sed potius demiſit eum paciencia mundi
Contemptus / rerum paupertas / artaqz virtus
Regula / deſpectus carnis deiectio vite
Qui calcauit opes animo victore / malignum
Deuicit / carnemqz ſibi ſeruire coegit.

Quod in celo omnib9 equale ſit gaudium. Capl̄. lx.

Cum ſint diuerſi merito / meritiqz reſultet — Idem.
Splēdor inequalis / lux diſpar / gaudia cūctos
Equa manent / riſuſqz pares / vbi diſſona merces
Nec mirum ſi leticie par gracia cunctos
Expectat / quibus vna datur pro munere vita
In quibus ipſe deus eſt omnibus omnia / donum
Et donans / dans vni plurima / pluribus vnum

De vita et moribus Cathonis. Capitulum. lxi.

Lucan9

Hÿ sacri mores / hec duri immota catonis
Secta fuit / ſeruare modum finemqȝ tenere
Naturamqȝ ſequi patrieqȝ impendere vitam
Nec ſibi / ſed toti genitū ſe credere mundo
Huic epule / viciſſe famen Magniqȝ penates
Submouiſſe hyemē tecto / precioſaqȝ veſtis
Hirtam mēbra ſuper romani more quiritis
Induxiſſe togam venerisqȝ huic / maximus vſus
Progenies / vrbi pater eſt / vrbiqȝ maritus
Juſticie cultor / rigidi ſeruator honeſti
In cōmune bonus / fraus nulla catonis in actus
Surrepſit / partemqȝ tulit ſibi nata voluptas

Explicit liber ſecundus.

Incipit liber tercius. Qui eſt de Inuidia Diffinitio Inuidie. Capitulū primū.

Gāfrid9

Peſſima res liuor totus letale venenuz
Qd mala ſola bon9 / q̄r bō ſola / malign9
Cōſiliū tacite preconcipit omne malignū
Effunditqȝ palam quicq̄d ɔcepit amaꝝ

Deſcriptio Inuidie ab effectu. Capitulū .ij.

Ouidius

Pallor in ore ſedet macies in corpore tota
Nuſq̄ᵽ recta acies / liuent rubigine dentes
Pectore felle virent lingua eſt ſuffuſa veneno
Riſus abeſt / niſi quē viſi fecere dolores
Nec fruitur ſompno / vigilantibus excita curis
Sed videt ingratos intabeſcetqȝ videndo
Succeſſus hominū / carpitqȝ et carpitur vna
Suppliciumqȝ ſuum eſt ∴ ſors leto durior omni

L. Staci

De inuido qualiter cognoſcatur. Capitulum .iij.

Qui coram probat ∴ abſentē qui rodit amicū

Oracius

Qui non defendit alio culpante ſolutos